Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



193

uel diuersas gratias intelligamus quę
unicuique tradita sunt, Vel in primo
omnis sensus examinatas. In secundo
intelligentiam & opera, In tertio rectionem
qua homines a bestiis separamur,
„ Abiit autem qui quinq; talenta acceperat
„ & operatus est. in eis lucratus est. alia quinq;
Acceptis terrenis sensibus, caelestium sibi
notitiam duplicauit, & creaturis intel
legens creatorem & corporalib; incorpo
ralia & uisibilib; inuisibilia & breuib;
aeterna, qui duo acceperat lucratus
alia duo, & iste puerib; quic quid in lege
dedicerat in euangelio duplicauit,
siue & scientia & opere presentis uitę,
futurę beatitudinis typos intellexit,
„ Qui autem unum acceperat abiens fodit in
„ terram & abscondit pecuniam domini sui,
Nequam seruus terrenis operib, & seculi uo
luptate diuina praecepta neglexit & polluit
quam quam in alio euangelista scriptum sit,